



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Ivris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

4 de Cautione & actionib. Reipub. & aliorum, contra gerentes munera, & honores, & de iis qui pro illis tenentur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

¶ Sunt tamen casus, quibus quis non repetit, quod in res alienas fecit. I. si supra summam, quam destinaverat testator, l. qui aliena, 3. §. libertos, de neg. gest. P. aliquod opus erogavit. Et qui plus, quam debuit, impendit, recuperat tantum id quod præstare debuerit, l. si quis negotia, 26. eod. qui proprio, §. qui procurator, de procura. 1. qui male gessit, seu non stilter, non repetit impensas nisi ratum habuerit dominus gestum, l. Pomponius, 1. §. de neg. gest. Item nec si condemnatus non appellaverit, l. libro 10, 3. §. si de ne. gest. l. quoties, §. illud, de adm. tut. in P. si impensas voluptatis causa fecerit, l. ex duobus, 28. de neg. gest. P. vel aliud gesserit, quod non expedit domino, l. sed an vitio, 11. §. is autem, de neg. gest. P. si indobitum soluit, l. si quis negotia aliena, 24. eod. nisi quoque ratum habuit sic negotium, l. si pupilli, 6. §. item quæritur, eod. Tertio, non repetit negotia gressus, quæ impendit alio animo quam repetendum si do uandani mo expendat, l. si filius, 12. C. de neg. gest. l. 4. eod. P. vel si affectionis & amicitie causa eius, cuius negotia sunt, vel patris eius, l. si quis amicitia, 4. eod. P. si remunerandi, §. si passus mandata, P. si pietatis causa, veluti alio loco oris filiam, l. ex duobus, 28. §. fin. eo. P. si mater, auia, nutrant, descendentes sine protestatione repetendi, nulla facta, dum viverent, reputatione sanctum, l. Næmnius, 36. eo. P. si alimonia, 11. C. eod. si vitricus paterno affectu privignas aluerit: & pro eis mercedes aliquas magistris fecerit, nisi habuerit tantum repetendi, l. si paterno affectu, 6. §. fin. eod. Item nec quæ affectione aliquam in vxore impenduntur, repertur, l. quod in vxorem, sicut nec quæ affectione do nesticæ, vel maternæ sunt, l. C. eod. tit. si quis officio, & obsequio liberti factus sit, & impendit, non repetit, l. officio, 5. C. eod. de neg. gest. At quæ mater circa res filii impendit, recte etiam, si non in rationes retulerit, ab ea, vel successoribus eius petentur, l. alimonia, 12. C. eod. & quæ filius pro patre, l. si filius pro patre, 12. eo. C. & frater pro sorore, l. si negotium, 16. eo. C. Quarto, non potest agere contraria negotiorum gestor, si gesserit, postquam dominus ei interdixit ne gereret, l. si C. de neg. gest. l. si ex duobus, 9. eod. tit. P. si remunerandi, 6. §. si passus, §. l. si pro te, 40. §. l. qui sibi alterius, 13. mand. P. Aulus Gellius, lib. 1. ca. 13.

¶ Actio etiam ex negotiorum gestione vilis, esse potest directa, vel contraria, quæ datur aliis, quam prædictis personis ex iure illorum, l. curatoris, 17. §. ibi gl. C. de neg. gest. quod non pluribus persequatur, submoti, vt monui, formularum actionum differentia. ¶ Finis, & causa cur iure prætorio hæc negotiorum gestorum formula, & actiones inducuntur, est absentium vilitas, ne iudicium rerum possessionem, aut venditionem patiantur, vel pignoris distractionem, vel pæne committendæ actionem, vel iniuriam suam amittant, vt scripsit Vlpianus, l. actio, 49. de neg. gest. in P. & Iulianus, l. 1. de negot. gest. in P. l. ex maleficio, 4. §. si quis absentis, de act. in P. Sic alibi placuit Imperatori Constantino, pro recuperanda possessione, quia absens sollicitus est, admitti etiam siue mandato amicum, colonum, libertum, seruum, propinquum, l. si per vim, vel al. o. mo. h. 8. C. tit. 5.

De actionibus Tutelæ, & curæ directis, contrariis, & vilibus, & subsidiariis in contutores, fideiussores, & magistratus. Cap. 3.

1 Tutelæ & curæ actiones directæ, contrariæ, & vilis remissive. ¶ Et his copiose diximus in personis, dum de potestate in libertas personas egimus, post tutorum & curatorum tractationem. Et proinde nihil de his in hoc caput transferam.

De Cautione, & Actionibus reipublicæ, & aliorum contra gerentes munera & honores, & de iis qui pro illis tenentur. Cap. 4.

- 1 Administratores reipubl. pro quibus tenentur.
- 2 Calculi error retractari potest usque ad 20 annos.
- 3 Magistratus & reipubl. administratores usque ad 20 annos conveniuntur de gestis, & eorum heredes eod.
- 4 Iudex faciens in rem suam non obligat heredes suos.
- 5 Edilium actio in gubernatores reipublicæ.
- 6 Fideiussores magistratum pro illis tenentur.
- 7 Pater quando pro filiofamilias decurionatu, vel honore obligare se videtur expresse, vel tacite.
- 8 Magistratus conveniendis, & eorum fideiussoribus, & nominatoribus ordo.
- 9 Nabitati primum iuris est, eos qui gerunt honores, & reipubl. munera, pro sua administratione, quam gesserint, vel ex-

ercere debuerint, teneri ex dolo, lata negligentia, Pan. l. magistratus, 7. de administrat. rerum ad civita. per. lib. 5. o. tit. 8. ii enim reipublicam saluam fore promittunt, l. de magistrat. conveniend. li. 27. P. tit. 8.

¶ Tenentur etiam magistratus municipales, Aquilia lege, si damnum iniuria dederint, Vlp. l. quemadmodum, 9. §. magistratus, ad l. Aquil. P. vivitque hæc obligatio etiam post decennium & vicennium tempora, post quæ calculi erroris retractatio admittitur: nisi gratiose expunctæ dicantur rationes, quia tunc non retractatur, Modestinus in l. calculi, 9. de administrat. rerum ad civita. per. P. li. 50. tit. 8. l. in omnibus de diversis prædiis decurio. Et proinde heredes quoque eius magistratus, qui conveniri potuit pro eius debitis, non pro pænali iudicio conveniuntur. Et ita demum conveniuntur heredes, si post creationem defuncti administraverint, & die administrationis faciendæ non gesserint, prout tenentur, l. quamquam, de excusato. C. l. 2. si tutor vel cur. & c. P. l. in fin. si pendens. appella. mors interier. P. Alioquin si ante diem subeundi muneris, seu honoris mortui fuerint, non tenentur, l. vnic. si post creationem quis deceat. l. 10. C. ti. 69. l. si ad decurionatum, si pendente appell. mors inter. P. ¶ Atque in heredes iudicis qui litem suam fecit, actione dari Iulianus dixit, sed verum non esse Vlpianus notat, l. Iulianus autem, 16. de iud. l. 5. P. tit. 1. quia nec pænales in heredem transeant, l. 1. de prima delict. in P.

¶ Edilium, inquit Suidas, in verb. edilium, actio fuit in eos, qui aut urbem non recte gubernasse, aut legationem perpetam obivisse, aut publicum aliquod munus male administrasse viderentur. Ac iudicia quidem decemviri logistæ, seu ratiocinatores dicitur fortuitur: accusat autem eos, qui vult, & iudicibus permittam est multam irrogare. ¶ Tenentur & pro iis, qui gerunt munera & honores, qui pro illis fideiussoribus tacite, vel expresse. Exstat Vlpiani huiusmodi hæc de re responsum, in l. 2. ad municipal. lib. 50. P. tit. 1. Quoties filiusfamilias voluntate patris decurio creatur, vniuersis muneribus, quæ decurioni filio iniunguntur, obstrictus est pater, quasi fideiussor pro filio, l. 1. ne filiusfam. & quemad. pater pro his tenet. l. 10. C. ti. 60. l. si filius, de administrat. rerum ad civ. per. in C. Confessisse autem pater decurionatu filii videtur, si præter nominationi filii, non contradixit, d. l. 2. §. consentire, ad municipia. & d. l. 1. §. fin. de filiisfam. quom. pa. & c. l. 10. C. l. honores, §. §. fin. de decurio. in P. Proinde quicquid in republica filius gesserit, pater, vt fideiussor, præstabit. Gestum autem in republica accipere debemus: pecuniam habere, debitam tractare, siue erogandam decernere. Sed & si curatores operum, vel alterius alicuius negotii creaverint, tenebuntur etiam sibi successorem nominaverint, patrem obstringet: sed et si publica vtilitatis locaverit, pater erit obstrictus: sed et si filius tutores dare non curaverit, vel minus idoneos elegerit, nec pupilli rem saluam fore satis exegerit, vel non idoneum acceperit, ipse quidem, quin sit obstrictus nulla dubitatio est: pater vero ita demum obligatur sicut fideiussores hoc nomine obligari solent: obligantur tacite etiam, qui filium decurionem adoptaverint. At si non consentiat, sed proclamet, vel appeller super nomine, non tenetur, l. Lucius Titius, 21. §. idem respondit, eum qui de muner. & honor. l. penult. de adop. P. l. si adopta vero. de preca. in P. nisi de peculio, l. 1. §. 2. de filiisfam. & quemad. & c. l. 10. C. l. spurii, §. §. pater, de decur. P. l. si pater, quand. pro no. non est necess. l. 3. ne filius pro patre, l. 4. C. ti. 13. l. filios, §. de decurion. lib. 10. C. l. 1. quod cum eo qui in alio. pot. §. §. fin. & l. fin. de pecul. P. vel si filius sit emancipatus, d. l. 1. de filiisfam. & c. l. 10. C. vel quia filiusfamilias non sit idoneus ex sua ætate, vt infans, Paul. l. Lucius Titius, 21. §. pro infante, de munerib. & hono. in P. Ceterum in quibus causis obligatur pater pro filiofamilias, honores vel munera publica obsecute, oblerandam est ita demum ex tacito consensu eum, & heredes eius conveniri, si viuo eo filiusfamilias munera suscepit: non si post mortem patris, Pan. d. l. Lucius Titius, 21. §. idem respondit, heredes, & §. seq. de muner. & l. 1. de decurionibus lib. 10. C. Nisi expresse fideiussor: tunc enim iure communi fideiussoribus cõstringitur: accedit namque huic functioni munerum & honorum fideiussio.

¶ Verum in conveniendis istis, qui debite res sunt, ex administratione munerum publicorum, ordo servandus est: vt primum, si collegæ sunt, quilibet eorum pro administratis a se tenentur, etsi magistratus individuus sit, & heredes eius. Dehinc illi qui pro male gerentes interuenierunt: & si cautio eorum depositi muneris tempore nõ sit idonea, tunc tantum collegæ vel nominati ex negligentia & pænæ causa tenentur, Pan. l. Imper. 11. & l. quod ergo, 11. ad municipia. l. 1. de decur. l. 10. C. l. 2. & 4. in prin. & §. ansepe. & §. de adm. re-

rum ad ciuita. pertinent. P. l. i. de conueniend. s. sc. debitor. lib. 10. Cod. tit. 2. l. 1. 2. Et sin. quo quisque ordine conueniatur. lib. 11. C. tit. 35. De hinc & hanc vera sunt, vt & nominatores, & fideiussores magistratum subsidiaria actione teneantur, quando de conferenda indemni repub. agitur: si enim agatur de damno contingenti particularibus, veluti pupillis, ex negligentia magistratum, quod non satis idoneos tutores dederint, subsidiaria quidem actione ipsi tenentur: nominatores vero eorum, vt ordo decurionum, nisi id nominatim polliceantur, nec eorum pro magistratu fideiussores, qui rem publicam, non pupilli, saluam fore promiserunt, l. i. de magistrat. conueniendis. lib. 27. P. tit. 8. neque ob culpam, nec ob delictum, conueniri possunt. l. vnic. de periculo eorum qui pro magistrati. interuener. lib. 11. C. tit. 34.

De Negotiorum gestione rerum communium. Cap. 5.

1 De iudiciis familie eriscunda, communi diuidendo, finium regundorum remissus.
 2 Et iudiciis familie eriscunde, communi diuidendo, finium regundorum, diximus in rebus post nauatationem noui operis, de rebus communibus agentes: & de falso modo renuntiatione pauca in criminibus priuatis, titu. de termino moto.

De quasi contractu indebiti soluti. Cap. 6.

1 De conditione indebiti remissus.
 2 Et hoc etiam iam diximus in contractibus, post mutuum, & cessionem bonorum.

De Obligatione, velut ex quasi contractu, vnde actio ad exhibendum. Cap. 7.

- Ad exhibendum. Lib. 10. P. tit. 4. Lib. 3. C. tit. 42.
- De libero homi. exhib. P. 43. tit. 28.
- De liberis exhib. eo. lib. tit. 29. & C. lib. 8. tit. 8.
- De tabul. exhib. P. lib. 43. tit. 7. C. lib. 8. tit. 7.
- 1 Ad exhibendum actio vnde nata, & natura eius.
- 2 Exhibere quid.
- 3 Et cum restitutione differentia eod.
- 4 Exhiberi petuntur res mobiles, non immobiles.
- 5 Interdictum de libero homine exhibendo cur introductum, & in quos datur eod.
- 6 Interdictum de liberis exhibendis & deducendis pro quibus, quibus, & in quos datur.
- 7 Maritus interdictum repetere potest uxorem, etiam a patre detentam.
- 8 Interdictum de tabulis exhibendis cui, & pro quo datur. Serui eod.
- 9 Ad exhibendum actio, mutatur aliquando in actionem in factum.
- 10 Tignum inunctum alienum non positur, vt soluatur, quare, & alia eod.
- 11 Exhiberi res etiam non stantes, & non posse quare petantur.
- 12 Ad exhibendum actione qui agere possunt.
- 13 Et contra quos.
- 14 Ad exhibendum agens rem plane describere debet, vt in rei vindicatione.
- 15 Ad exhibendum conueni qua sunt partes: & in quantum condemnentur eod. & num. 15.
- 16 Ad exhibendum actionis finis ut agatur rei vindicatione.
- 17 Exhiberi ubi debeat res petita, & cuius expensis.

1 Actio ad exhibendum personalis est, l. 3. hac actio ad exhib. P. competens aduersus rei detentorem, qui tamen obligatus nobis expresse ex aliquo contractu esse non potest: ita nata, ex quasi contractu, gl. in d. §. hac actio, in verbo personalis, arg. §. 1. de ob. que ex qua. cont. in rem scripta, quae semper detentorem comitantur, l. 3. §. fin. ad exhib. P.
 2 Et Exhibere, est facere in publico potestatem, vt ei qui agit experiundi sit copia, Paul. l. 2. ad exhib. P. Ita minus est in exhibitione, quam in restitutione. Nam restituere, est etiam possessorem facere, fructusque reddere: pluraque praeterea restitutionis verbo continentur, l. plus est. 22. Et l. fin. de verb. sig. P. Et l. restituere, eo. l. videamus, §. in Fabiana, de viur. Exhibere vero, est praesentiam corporis praebere, l. plus est, Et l. locum. 3. §. hoc interdictum de tab. exhib. itaque di, vindicandique facultatem facere: & proprie

exhibere, est extra fecerum habere, l. quod & lex. §. ait prator de liber. homine exhib. P. Et in criminibus exhibitio recum, est res sultere iudicio, l. si quis. Et 100 tit. de exhibisio. reorum, omilla exhibitionis alia acceptione, quae ad educationem refertur. l. si quis a liberis. §. de liberis agnosce. P. tit. 2. §. 1. 3. l. Nezenius de nego. gesti. Exhiberi petimus, vel res nobis ex aliqua obligatione, aut pacto, aut contractu debitas & tradendas, vt in l. instrumeta. 24. C. de fidei. com. aut sine illis. In prioribus non actione ad exhibendum agimus, sed ex actionibus, quae oriuntur ex causis seu pactis, & obligationibus dandi, puta ex stipulatu, ex emto, societate, madata, negotiorum gestorum, tutelae, vt in l. Titius heres. 30. de actum. emi. P. l. quadam. 9. de eden. P. cum sim. & similibus. Quando autem rem nobis exhiberi desideramus, non certi omnino, an ea de re cum quopiam agere expediat, nisi prius eam viderimus, tunc actione hac ad exhibendum agimus, l. meminimus. §. sed ubi, quando & quibus quar. par. s. debent. l. 10. C. l. ad rem mobiliam. §. 6. Et ubi gl. de procur. P.

Res, quae exhiberi petuntur, mobiles esse debent: immobiles quippe exhiberi frustra petimus, cum latere facile non possint: quamuis & res immobiles demonstrare interdum, & oculis subicere necessarium sit, vt in l. si irruptione. §. finium regum. P. sed aliis de causis & actionibus, quam per ad exhibendum iudicium.

Neque etiam pro omnibus rebus mobilibus agitur ad exhibendum: nam haec actio ad eam rem inutilis est, si liber homo retinetur, creditor enim tantum competere ei, cuius pecuniari. ter interest, l. si liber homo. 13. ad exhib. P. homo autem liber non recipit aestimationem, l. §. sed cum homo, de iis qui deiecit. P. Proinde ad aequitatis praetoriae officium itum est, & prospectum per interdictum de libero homine exhibendo, qui dolo malo retinetur, ab eo qui ius in personam retenti non habet, l. 1. §. 3. §. 4. tamen. de liber. homi. exhib. P. d. l. si liber homo, ad exhib. P. Hocque interdictum proprio tuenda libertatis causa, d. l. 1. §. si eo de liber. homi. exhib. Nihil enim vultum a specie seruientium differunt, quibus non datur recedendi facultas, l. 2. eo. s. in. P. l. antiquitas. C. de v. s. u. l. cum sim. Quo fit, vt omnibus competat: cum nemo prohibetur libertati fauere, l. 3. §. hoc interdictum omnibus, de liber. homi. exhib. P. remaneat etiam poena legis Fabiae, d. l. 3. quae acerrime punit eos, qui liberas personas concludunt, & iniurias retinent, l. non solum §. si. ad leg. Fabiam, de plagi. P. l. si fravem. 8. eo. tit. vt latius diximus in plagio, inter crimina, vt nec tempus modicum pro exhibitione liberi hominis concedatur ei, qui dolo malo inuitum retinet: quoniam praeteriti facti poena est, d. l. 4. §. 1. de liber. homi. exhib. P. volentem autem retinens, non tenetur hoc interdictum: nisi calliditate prius circumuentum, vel seductum, vel sellicitatum antea retineat, aut si non bona fide, vel probabilis ratione hoc faciat, l. 3. §. si quis volentem. eo. titu. P. Nec debitorem latitantem quicquam exhibere cogitur: quia sponte videtur latitare, & retineri, & in bona eius a praetore fieri potest missio, l. si §. si. de liber. homi. exhib. l. peris que. Et si quisque de in ius v. P. Qui etiam bona fide hominem liberum emit, quem putat esse seruum, vel dubitat esse seruum, antequam certior fiat, dolo malo possidere vel retinere non videtur, nec hoc interdictum tenetur, l. 3. §. is qui nescit. Et l. fin. de liber. homi. exhib. Neque is quoque qui nescit hunc miuem liberum apud se retineri, d. §. is qui nescit.

Ad haec interdictum, de libero homine exhibendo, pertinet aliud interdictum de liberis exhibendis & deducendis, l. 1. §. in hoc interdicto. de liber. exhib. P. sed hoc interest inter haec duo: quod interdictum prius de libero homine, sit cuique permisum, & possit is qui non detinet dolo malo, obicere exceptionem at in hoc, in quo agit qui in potestate habet, contra detinentem eum qui sub sua est potestate, omnimodo sine exceptione debet fieri exhibitio: nisi mater possideat, agente patre: vel maritus, agente eodem de filia, d. l. 1. §. pen. Et si. P. Et l. 2. C. eo. titu. Quia & apud matrem quoque debet saepe potius morari, quam apud patrem filius, d. l. 1. §. si vero mater. l. 1. Et 2. C. de diuor. l. pen. C. de pat. potest. Et obtinuit aliquando ob nequitiam patris, vt apud matrem sine diminutione patris potestatis moraretur, l. 3. etiam §. de liberis exhib. P. Inuitus alioquin filius familias detentus, patre agente interdicto hoc, & de liberis deducendis, non solum exhibendus, sed etiam deducendus: vel quin deducatur ab eo exhibitus, prohibere non potest is aduersus quem actum est: nulla habita ratione voluntatis filii familias: neque exigitur ea de re alia notio praetoris, praeterquam si is qui conuenitur contentat se patrem esse, d. l. 3. hoc autem. eo. titu. vel si filius familias dicat se patrem familias, l. pen. Et fin. eod.

¶ Maritus